

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Logica s. ars cogitandi - Ettenheim-Münste 101 - Philosophia eclecticica

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Pars quarta logices

[urn:nbn:de:bsz:31-110938](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110938)

Pars quarta Logices.  
De Methodo.

213.  
196.

Tandem quartam Logices nostra partem attigimus, qua de Methodo tractat, sive cogitationum nostrarum ordinatione, cuius ope ea, quae nos latent, discimus et indagamus, atque indagata alios docemus.

Magnam illius utilitatem vel inde dignoscere licet, quod sine certo ordine ad veritatem contendere et pertingere non possimus, omniaque Logica praecepta eo codicem, ut tuta nobis ac expedita ad veritatis apercutionem via et ratio operiatur, Methodusque ordinem praescribat, quo ea tum ad propriam tum ad aliorum institutionem disponere nos oporteat. Unde de Methodo hic nobis agendum.

Igitur Methodus generatim est via 197.  
et ratio inquirendi veri, quod adhuc latet,  
et illius explicandi, cum jam inventum  
est; vel est actus mentis in eas suas iudicia  
et ratiocinationes ordinantis, sive ad  
discendum quod ignotum est, sive ad id,  
quod est compertum, exponendum. Hinc  
Duplex est Methodus, una Analytica seu  
resolutionis et inventionis; altera Synthetica,  
seu compositionis et doctrine.

Hic vero queri solet, an haec cogitationum nostrarum ordinatione sit actio mentis à ceteris distincta, an vero ad iudicium aut ratiocinationem sit referenda? Quod porro haec de re sentiendum esse arbitremur, ea pauca, quae subiungimus, innotescet.

Certè quamvis majoris facilitatis et claritatis gratia statim initio Logices nostrae quatuor mentis cogitationes esse dixerimus, nempe perceptionem, iudicium,

214. rationationem, et methodum: attamen si proprie et strictè loqui velimus, duas tantum cogitationes seu operationes mentis generatim esse fateri cogemur: perceptionem scilicet et judicium, ad quas cetera revocantur.

Enimvero ad perceptionem pertinent intellectio pura, quæ res citrà speciem corpoream cognoscimus; imaginatio, quæ per imagines corporeas percipiuntur, et conscientia, per quam mens sui ipsius, suarumque cogitationum sibi proximè consua est, ita ut nemine mortalium docente, intimò quodam sensu et se, et cogitationes suas, affectionesve percipiat.

Ad judicium vero referuntur latiocinatio, quæ est judicium quoddam ex aliis antecedentibus judiciis ductum; et Methodus, sive cogitationum nostrarum ordinatio, quæ pariter est quoddam species judicii, quæ quoddam veritas certò modo inquirenda, et certà ratione aliis exponenda decernitur. De quâ proximè, haud scius ac de aliis judicii speciebus, speciatim nobis tractandum venit, ac primò quidem de Methodò Analytica, tum de Synthetica. Sit ergo.

198.

Caput i<sup>um</sup>.

De Methodò analytica, seu resolutionis et inventionis.

Analysis græcè resolutionem latine significat: et hoc nomen duplii ratione usurpatur. 1<sup>a</sup> est communis, quæ nempe Analysis dicitur esse rei cuiuspiam in suas causas aut principia, vel partes reductio: ut cum corpus physicum et mixtum in sua

215  
principia seu elementa; vel cum opus quod-  
dam, puta Dissertatio, vel Oratio, in suas par-  
tes aut membra, ex quibus coalescit, resol-  
vitur.

Secundo modo Sumitur Analysis seu  
Methodus analytica à Philosophis, prout  
nimisum est ratio inveniendi veri, seu  
proposita questionis solvenda. De Ana-  
lysi sic accepta hic nobis est Sermo. Hae-  
c autem Methodus adhibetur non in Scientia  
aliqua integra pertractanda; sed tantum  
in peculiari questione solvenda; qua ubi  
soluta fuerit, ad eam disciplinam, cui est  
propria, referenda venit, et Synthetica  
Methodo exponenda.

Questiones autem, quae proponun-  
tur, vel circa vocabula, vel circa res ipsas  
versantur.

Questiones circa vocabula ea sunt,  
non quidem per quas vocabula quaerimus,  
sed per quas ex vocabulis res quasdam exsul-  
pere molimur; nempe cum vel enigma-  
tis alicujus solutionem assequi, vel Auc-  
toris cujusdam sensum expiscari, vel Li-  
bri aut Scripti verum Auctorem inveni-  
re, vel loci corrupti in Libro restitutio-  
nem eruere contendimus.

Questiones circa res ipsas propositae 199.  
in quatuor species distribuuntur: 1. a  
cum ex effectibus causa quaeritur, sive  
rei natura ex proprietatibus aut fune-  
tionibus: v.g. cum aestus maritimi cau-  
sa, vel cum aqua aut rei alterius natu-  
ra ex ipsis proprietatibus inquiritur.  
Hic enim causa et effectus nomina la-  
tius accipienda sunt, ut alibi soepe.

216.  
200.

2<sup>a</sup>. Cum ex causa effectus, ex natura  
proprietas indagatur: v.g. cum ab omni  
aerō apud homines constiterit, magnam  
esse ventorum et aquarum vim ad moven-  
da alia corpora; hinc quibusdam venit  
in mentem, huiusmodi causas ad plurimos  
effectus hominum Societati perniciosos adhi-  
bere; idque tum alias, tum maximè pres-  
titerunt in iustis, quorum mole ven-  
torum vel aquarum vi, cum magnō huma-  
ni laboris levamine, versantur.

201.

3<sup>a</sup> questionum species est, cum  
à partibus ad totum fit progressus, ut fit  
in illa operatione Arithmetica, que Ad-  
ditio, vel in eā, que Multiplicatio dicitur  
in illa multarum partium, Summa in  
hac productum ex multis colligitur.

202.

4<sup>a</sup>. Cum ex toto et parte aliqua que-  
ritur altera pars; ut videre est in altera  
Arithmetice operatione, que Subtractio  
nuncupatur; aut in eā, que Divisio  
vocatur. Partis autem nomine intedi-  
gitur in omne, quod est in re quolibet,  
ut sunt modi, proprietates, extremitates,  
et generatim omnia attributa.

Itaque si quaestio sit de vocabulis,  
ut per ea sensus aliquis reconditus vel enig-  
matis, vel alterius propositionis aut senten-  
tiæ difficilis exquiratur: 1<sup>o</sup> necesse est, ad  
ea vocabula diligenter attendere, ut illo-  
rum vis, quantum fieri potest, clarè per-  
cipiatur. 2<sup>o</sup> videndum, quo animo  
ab Autore fuerint adhibita; an nativā  
significatione seu litterali, ut vocant, son-  
tu; an metaphoricè et translato sint  
accipienda; quis sit Auctoris Scopus; ad

quos orationem convertat; quo tempore <sup>217.</sup>  
quibus circumstantiis scripserit: Diversis  
enim temporibus diverse quandoque ejus-  
dem Auctoris sunt sententiae; nec alia  
frequentior est antinomias seu sibi invi-  
cam contrarias leges conciliandi ratio apud  
Jurisconsultos, quam quae ex temporum dis-  
tinctione repetitur. Eadem etiam loci-  
pitiis usu venit apud sacra Scriptura In-  
terpretes, praesertim quoad vetus Testa-  
mentum: unde illud S. Augustini, Dis-  
tribuitur tempora: et concordat Scriptura.

Si de Auctoris aliaque doctrina dubi- <sup>203.</sup>  
um proponatur, ad eunda sunt loca, qui-  
bus eam diligentius exprebit; nec ex uno  
aut altero disperso testimonio, sed univer-  
so ipsius Systemate, constitutisque prin-  
cipiis, de illius mente judicandum. Neque  
versionibus seu translationibus ita fides  
est adhibenda, quin exemplar authenti-  
cum nativam Auctoris linguam scriptum  
consulatur. Si varia sint lectiones, iis  
adhaerendum, quae constantius in libris  
Manuscriptis, et emendatioribus editio-  
nibus occurrunt, dummodo cum Aucto-  
ris principiis aperte non pugnent.

Hisdem ferè regulis utuntur Critici,  
ut supposititios quosdam libros suis Aucto-  
ribus restituant, vel alios abjudicent,  
aut loca depravata, aut Operis scribam emen-  
dent: ii enim et tempora et temporum  
mores expendunt; Auctoris consilium,  
doctrinam, scribendi rationem exquirunt,  
Coevos, aut Suppares nominis seu fama  
aliaque Scriptores in testimonium advo-  
cant; eaque omnia, et quae iis sunt  
adjuncta, inter se se conferendo, id,

Dd 6

90

\* De verbis Domini  
num. 10. alias c. 7.

213. quod intendunt, asequuntur.

204. Quod si de asserenda vel propugnanda historia veritate agatur; ubi quis sententiam suam vel quoad integrum systema, vel quoad facta nonnulla, quae ad rem proprie, et intrinsicè pertinent, validis rationibus communiavit; si quid extrinsicè petitur ab adversariis ipsi obijciatur, satis est, quod probabilibus responsionibus, et possibilibus conjecturis id refelat: non enim ab eo singularum demonstrationes requiri debent, cum res, quas propugnat, certissimis aliunde constant argumentis. e.g. Dum nostri aevi Aetholii contendunt, Apostolorum principem Petrum nunquam se Romam contulisse, idque levibus quibusdam argumentis persuadere conantur, cuiusmodi est illud, quod S. Paulus in epistolis, quas Roma scripsit, S. Petri non meminisset: is merito respondetur, fieri potuisse, ut tunc temporis, cum S. Paulus predictas scriberet epistolas, S. Petrus ab Urbe absuerit, atque aliò ad propagandum Christi Evangelium profectus fuerit: ipsi vero proorsus immerito istam S. Petri ab Urbe Romam absentiam probari postulant: nam cum aliunde certissimis Veterum testimoniis, ut Capiae, S. Irenaei, Tertulliani, et aliorum, nullo proorsus excepto, constet S. Petrum aliquandiu Romae moratum fuisse, tametsi aliò fortasse non nunquam divesteret; alienum à ratione videtur, absentia ipsius probationes exigere ab iis, qui rem aliunde certissimam affirmant: sed potius illorum,

qui, contra historia fidem, factum notifi- 219.  
mum inficiantur, est afferre rationes, si  
quas habent, ut omnium Historicorum  
auctoritati refragentur.

Si de rebus instituaturs quaestio, 208.  
ut si causa ex effectu, vel natura ex proprie-  
tate aut functione investigetur, aut  
vicissim: 1<sup>o</sup> Eritendum, ut sensus ques-  
tionis accurate percipiatur, rejectis om-  
nibus, quae ad rem non pertinent, condi-  
tionibus. 2<sup>o</sup> Singulae quaestionis par-  
tes aut conditiones ita sunt inspiciendae,  
et inter se singulatim conferendae, ut  
omnes illius fauces et habitus, seu relatio-  
nes innotescant. 3<sup>o</sup> A speciali eius,  
quod in quaestione notum est, examine,  
ad id, quod est ignotum, pedetentim  
progradi oportet. Nam in omni quas-  
tione quaedam sunt cognita; quae autem  
sunt ignota, ea ex quibusdam signis aut  
conditionibus appositis sunt detegenda.

4<sup>o</sup> Si ad ignota pedetentim  
procedendo, tandem ad aliquod notissi-  
mum pervenerimus, a quo istius ques-  
tionis solutio pendeat, in eo nobis erit  
sistendum, et altera Methodo, quae  
Synthetica appellatur, ad illius expositi-  
tionem erit utendum. Sed si ad absurdum  
quidpiam vel impossibile terminetur  
inquisitio, id etiam, quod quaesitum  
est, absurdum vel impossibile erit judi-  
candum. En huius rei exemplum:

\* Queritur v.g. in Scholis an Scientia, 206. \* Vid. Quirit. Philo.  
Fides et opinio simul consistere possint in  
eadem mente de eadem re: quae quaestio  
ut solvatur, iuxta constitutas Me-  
Soph. Quirit. 6. ex  
Log. n. 46.

220. thodi Analyticae leges, expendendum est  
1.º Quid sibi velint termini seu nomi-  
na Scientia, fidei, et opinionis; ac sta-  
tim considerandum, Scientiam esse co-  
gnitionem certam et evidentem, quia  
nempe argumentis seu motivis, ut lo-  
quuntur, vel mediis clavis et firmis sus-  
tinetur: Fidem vero obscuram esse,  
quoniam sola Dei revelantis auctori-  
tate, quae claritatem non induit, in-  
nititur: ac demum opinionem, in-  
certam esse, ut potè quae ratione proba-  
bili duntaxat, quae proinde dubium  
minimè tollitur, suffulcitur.

2.º Videndum, an cognitio, quae  
et certa et evidens est, stare possit cum  
cognitione vel obscurà vel incertà: et  
attendenti manifestum erit, cognitio-  
nem, quae certa est et evidens, omninò  
se removere tum obscuritatem, quam  
non amolitur fides; tum dubitandi ra-  
tionem, quam relinquit opinio: adeo-  
que inferre licebit, quòd, etiamsi quis  
argumenta seu motiva, aut media  
Scientia, fidei, et opinionis simul ani-  
mò retinere possit, tamen solis Scientia  
argumentis tum affici debeat, fidem-  
que et opinionem ipsi fieri omninò  
inutiles. Quod quidem Samaritanis  
olim audivisse videtur circa Christum  
Dominum, cum dicebant Mulieri\*, quia  
jam non propter loquelam tuam credimus;  
ipsi enim audivimus, et scimus, quia hic  
est verè Salvator mundi. Scientia  
tamen non tollit fidei meritum circa ea,

\* Joan. 4. v. 42.

qua clarè cognoscuntur, Summodo quis sit 221.  
ita affectus, ut iis, qua per scientiam no-  
vit, assensum dare propter solam reve-  
lantis auctoritatem, sit paratus, si absset  
Scientia; prout iis, qua clarè non novit,  
assentitur.

Duo autem sunt, non plura, qua  
simul Scientia, Fidei, et opinionis sub-  
jecta esse possunt, scilicet existentia  
Dei, et humano mentis immortalitas.  
Imò existentia Dei ad fidem propriè  
non pertinet; cum cognitio existentia  
Dei fidem divinam antecedat: Quippe  
revelatis credimus propter Dei jam cogni-  
ti auctoritatem: aliundè ratio natu-  
ralis, Summodo ad ideas, quas habet, sit  
attenta, non potest invicè Deum igno-  
rare. Hinc est, quòd legimus patrata  
quidem fuisse miracula, ut de fidei  
nostre mysteriis convincerentur incre-  
duli; non verò ut Deus existere proba-  
retur: Siquidem totius nature cursus  
et administratio perpetuum est mira-  
culum, quòd supremum rerum omni-  
um auctorem ac Dominum predicat.

Simili modo, ubi proponitur 207.  
questio, An mens humana sit immor-  
talis? Statim termini questionis ac-  
curatè perspicui debent, et quid sit mens,  
quid immortalitas, dispicendum est.  
Cumque mentis nomine intelligatur  
substantia quaedam seu ens cogitationis  
particeps, quòd à corporis naturâ pro-  
prie alienum est; inde colligere licebit,  
Mentem diversi planè ordinis à Cor-

227. pore esse censendam, adeoque ab ipso solu-  
tam permanere, sicut corpus sine ipsa  
superstes est. Hoc tamen discrimen  
in iis erit statuendum, quod corpus, ut  
pote extensum, et ex partibus composi-  
tum, corrumpi et mutari possit, no-  
vamque formam induere: cum mens,  
qua simplex est, non tantum rema-  
neat, sed etiam integra semper et illi-  
bata conservetur. Insuper mentis vi-  
ta in cogitatione est posita; unde vi-  
vens quoque erit dicenda, seu immor-  
talis et incorruptibilis: quod in ques-  
tione positum fuit.

208. Quod si hoc ipsum aliis sit ex-  
ponendum, Methodum Syntheticam  
adhibere oportebit; et ab eo inquiren-  
dum erit, quod in hac inquisitione  
postremo loco fuit inventum: nem-  
pe fundamenti in eam statuendum  
erit generale istud principium, Sub-  
stantiam cogitantem et spiritalem  
corruptionis omnino esse expertem.  
atque ita contraria via ad ipsam men-  
tem erit descendendum, que immor-  
talis et incorruptibilis erit asserenda.

Utraque Methodo utuntur  
tum Advocati, qui de jure respon-  
dent, et causas agunt; tum Theolo-  
gi Morales, qui de casibus, ut vocant,  
conscientie; tum etiam Medici,  
qui de morbis consuluntur. Nam  
ii accedentes ad se circa singula rei  
proposita capita singillatim inter-

rogant; et ab his, quae scrutando sunt expis- 223.  
cati, ad ea, quae minus nota sunt, pergunt,  
ut tandem ad principia generalia, sive Mora-  
lis scientiae, sive Juris prudentiae, sive Medi-  
cinae perveniant; ac rem, quae in quaestio-  
nem venit, ad hoc vel illud genus pertinere  
intelligant.

Si vero Theologus in sacra Convictione,  
vel Advocatus in foro, vel Medicus in pulpi-  
to rem, de qua consultus est, explicare ve-  
lit, contraria via regreditur, ac initio  
ducto à generalibus effatis seu principiis  
ad id, quod specialiter propositum est, des-  
cendit.

Hinc liquet regressum in Demons- 209.  
trando vitiorum non esse, licet circulus

excusari non possit. Tunc enim fit re-  
gressus, cum diversa est demonstrandi ra-  
tio, nempe Analytica et Synthetica. Prior  
à speciali rei consideratione ad notiones  
communes ascendit: posterior à notio-  
nibus communibus ad ea, quae sunt spe-  
cialia, descendit, in quo videtur occurrit  
vitium. Sed circulus fit, cum idem

servatur demonstrationis genus: v.g.  
Siquis, iuxta falsam Aristotelis doctri-  
nam\*, Stellas scintillare affirmaret,  
quod nimium à nobis distent, et vi-  
cissim eas longè à nobis distare conclu-  
deret, quod scintillent, is circulum  
in demonstrando admitteret, quo ratio-  
cinatio ipsius merito vitiosa diceretur.

In eundem errorem lapsus videtur  
Cartesius, dum probat Deum existere  
ex hoc, quod in clara et distincta illius  
idea, quae nos non fallit, existentia

\* lib. 2. De Coelo  
c. 8.

224. necessario contineatur; et rursus omnem  
idea clara et distincta certitudinem ex ipsi-  
us Dei cognitione repetendam docet: Signi-  
dem arbitratur, nos nulli idea clara et dis-  
tincta fidem debere, nisi prius certo Deum  
existere teneamus, p.

210.

Caput 2<sup>um</sup>

De Methodo Synthetica.

Synthesis sive Methodus Syntheti-  
ca, aut Methodus compositionis est ea, qua  
veritas inventa congruo modo et ordine  
aliis exponitur, vel materia quadam seu  
argumentum pertrahitur. In qua qui-  
dem Methodo non sicut ac in Analysis fit  
semper a notioribus ad minus nota progres-  
sus: sed in Analysis res primo Speciatim  
expenditur, ut ad communes notiones  
fiat progressus; in Synthesi vero gene-  
ratim primum, deinde speciatim res con-  
siderantur. Si enim de speciebus prius  
ageretur quam de genere, cum speciei  
notitia citra generis cognitionem habe-  
ri nequeat, locupletius generis natura expli-  
canda foret, quotiescumque de specie ali-  
qua esset tractandum, quod molestiam  
et confusionem pareret, et ordini, quem  
querimus, prorsus adversaretur. Metho-  
dus ergo Synthetica ab Analytica differt,  
sicut descensus montis ab eiusdem  
montis ascensu; sive iter, quo a mon-  
tis cacumine ad valem descenditur, ab  
illo ipso, quo a valem ad montis cacumen  
pertingitur.

211.

Verum ut perfectum exemplar  
Syntheticae Methodi ob oculos ponatur,

prima  
H. e.  
pag. 23

id à Geometris est repetendum: nam multi 225.  
bi res accuratiori ordine pertractantur,  
nec solidioribus demonstrationibus mu-  
niuntur, quam in ipsorum libris.

Tria verò prestare solent Geome-  
trae, ut apertum obtineant. 1<sup>o</sup> Voca-  
bula omnia, quibus utuntur, definiunt,  
ne ubi in ipsis ambiguitas relinquatur.

2<sup>o</sup> Quaedam axiomata seu notio-  
nes communes, quas nemo in dubium revo-  
care possit, adhibent. 3<sup>o</sup> Propositio-  
nes omnes demonstrant vel ope defini-  
tionum et axiomatum, quae solo na-  
turali lumine percipiuntur; vel aliarum  
propositionum, quae per istas definitio-  
nes et axiomata fuerunt comprobata: ex  
quibus saepe consetaria, seu corollaria,  
ut vocant, deducunt. His tribus proinde  
continetur perfecta demonstrandi ratio.

Demonstratio igitur definitur ab 212.  
ipsis, ratioinatio, vel ratioinationum  
series constans ex praemissis necessario ve-  
ris, hoc est, vel per se evidentibus, vel  
per alias propositiones jam probatis, ex  
quibus necessario vera inferitur conclusio.

Est, inquam, ratioinatio vel ratio-  
inationum series: nam raro admodum  
contingit, ut demonstratio unica ratio-  
inatione, aut syllogismo absolvatur.  
Deinde constat ex praemissis necessario  
veris, id est, quarum veritas vel aet-  
per se, ut in axiomatis; vel per alias  
priors, jam probata est, ut in aliis propo-  
sitionibus cernitur; ex quibus necessario  
vera deducitur conclusio.

Duplex autem praecipue distingui solet  
 Demonstrationis species, altera à priori et  
per causam; altera à posteriori et per effectum.  
 Demonstratio à priori est ea,  
 quâ effectus per causam, proprietas per essen-  
 tiam seu naturam, denique consequens  
 per antecedens clarè ostenditur. De-  
 monstratio à posteriori est ea, quâ causa  
 per effectum, natura per proprietates aut  
 functiones; antecedens demum probatur  
 per id, quod ex ipso consequitur.

Ut igitur argumentum aliquod seu  
 materia, vel scientia accuratè, et secun-  
 dum Syntheticae Methodi leges pertractetur,  
 observanda sunt octo sequentes regulae, qua-  
 rum prima et secunda Definitionibus con-  
 veniunt; tertia et quarta axiomatis;  
 quinta et sexta sunt Argumentatio-  
 ni propriae; septima et octava ad Me-  
 thodum ipsam referuntur.

Regulae Definitionum.

1<sup>a</sup> Ut nullus terminus relinquatur  
obscurus, aut ambiguus; sed quilibet de-  
finiatur.

2<sup>a</sup> Ut termini, qui in definitio-  
nibus adhibentur, sint omnibus noti, vel  
prius explicati.

Mirum est, quàm multa inanes  
 et tamen pertinacissima Philosophorum,  
 praesertim Scholasticorum, disputatio-  
 nes sola nominum seu terminorum de-  
 finitione sopiri possint, ut controversias  
 Scholasticas exploranti evidentissime pa-  
 tebit. Quare has duas Definitionum re-  
 gulas altè animo infixant velim, quibus  
 cavillationes omnes sunt odio.

Regula Axiomatum.

224.  
214.

3.<sup>a</sup> Ut unum adhibeatur axioma,  
quod non sit evidentissimum.

4.<sup>a</sup> Ut id evidens habeatur, quod  
mediocri attentione rerum esse agnositur.

Axioma autem, vel Effatum, seu  
Pronuntiatum, aut Notio communis dici-  
tur propositio aliqua ailibet attendenti  
manifesta: v.g. Impossibile est, ut idem simul  
sit, et non sit; Omne totum est majus sua par-  
te, p. Dummodo enim harum propositio-  
num terminos aliquis intelligat, minimè eis  
opossum denegare potest: quia in ideâ clarâ  
et distinctâ Subjecti sic comprehensum vi-  
det attributum, ut hoc ab illo divali nullâ ra-  
tione queat. Sed cavendum diligenter, ne  
multa, quæ vulgò tanquam certa circumfe-  
runtur axiomata, paulò levius admittantur:  
cujusmodi sunt vulgò trita in Scholis: Nihil  
est in intellectu, quod prius non fuerit in  
Sensu: A privatione ad habitum non datur  
regressus, p. Hæc enim et alia ejusmodi  
generis non pauca, citrà novum examen  
non sunt accipienda. Certe supra part. i.  
c. i. pag. 37. ostendimus, prius vulgare axio-  
ma falsum esse.

Regula Demonstrationum.

215.

5.<sup>a</sup> ut omnes propositiones, quæ ali-  
quam obscuritatem involvunt, accuratè  
probentur ope Definitionum, quæ præ-  
cesserunt; aut axiomatum, quæ con-  
cessa sunt; aut propositionum, quæ jam  
antè fuerunt Demonstrata.

6.<sup>a</sup> Ne quis ambiguitate termino-  
rum abutatur, sed Definitionibus, per quas  
explicantur, Temper inhereat.

Dum hæc Demonstrationum regu-  
la observantur, non tantum convini-

228. tur ipsa mens, sed etiam quodammodo idu-  
minatur: id est, non tantum certo rem  
esse, sed etiam, cur ita sit, clarè ac distinctè  
intelligit.

Sunt enim aliquæ demonstrationes,  
quæ mentem quidem sic convincunt, ut eis  
resistere non possit: quales sunt ea, quæ ex  
alienis, non propriis materia. subjecta argu-  
mentis, aut rationibus petuntur; vel ex ali-  
quo impossibili aut absurdo, quod sequeretur,  
si res aliter foret, ac esse statuitur. Sed ea  
demonstrationes animum non illustrant;  
neque omnino quietum ac tranquillum red-  
dunt. Nam quod videat aliquis rem quam-  
piam aliter esse non posse, ac nunc est, non  
plane sedatur sciendi cupiditas, quæ tenetur.  
Sed aliquid ultra expetit, claritatem nempe  
quæ norit, cur res ita sit: hicque esse debet  
scientia, ac demonstrationis locus præci-  
uus.

216. # Regula Methodi.

7<sup>a</sup> Ut res, quantum fieri potest,  
ordine naturali pertractentur, sumpto  
semper à generalioribus, et simplicioribus  
exordio; et exposita prius generis natu-  
ræ, quam ad singulas species descendatur.

8<sup>a</sup> Ut unumquodque genus in suas  
species, quodlibet totum in suas partes,  
et quævis difficultas in omnes suos casus  
quantum id obtineri potest, distribuatur.

Hisce postremis duabus regulis in-  
serta sunt hæc verba, quantum fieri po-  
test: nam aliquando accidit, ut vel prop-  
ter humanae mentis angustias, vel ob præ-  
scriptos ei, quæ tractatur, disciplinae limi-  
tes, summo jure observari nequeant. Sic  
tamen eas quisque sibi ante oculos pone-

re debet, ut nunquam ab illis, nisi summa 229.  
necessitate, aut majori emolumento ductus,  
discedat: Siquidem earum observatione id  
semper consequimur, ut quae aliunde fasti-  
dium ac molestiam ablatura essent, sine  
tadio, summoque cum juvenilitate ac faci-  
litate addiscantur.

Atque has quidem regulas praescri-  
bit Logica iis omnibus, qui disciplinis dum-  
taxat naturalibus dant operam: Sed in gra-  
tiam nostram, qui ad sacrum Theologiae stu-  
dium, atque ad tractanda Christianae fidei  
mysteria aspiramus, necnon paulatim  
nos comparamus, pauca insuper, quae se-  
quuntur, axiomata subjicere placet, ut  
eorum subsidio, quinam sint Philosophiae  
ac Theologiae limites, quid alterutri propri-  
um sit, quid utrique commune, facilius  
intelligere valeamus.

Axioma Primum.

217.

Finite mentis non est infinitum  
posse comprehendere.

Aliud est quidpiam cognoscere, aliud  
comprehendere. Omnis comprehensio est  
cognitio, non vice versa. Cognitionem di-  
cimus, quae quidpiam novimus; nosse au-  
tem possumus etiam clarè et distinctè  
id, quod non omnino comprehendimus.

3 v.g. Novunt omnes, Deum esse ens infini-  
tè perfectum; haecque Dei cognitio clara  
est et distincta, quia Deum ab omnibus  
aliis rebus sic discernit, ut minimè cum  
illis confundi possit. At solus Deus seip-  
sum hasque perfectiones comprehendit,  
id est, cognoscit, quantum ipse hasque  
infinita perfectiones cognosci possunt.

230. in hoc enim vera comprehensionis ratio consistit: mens vero creata tot ex his perfectionibus percipere non potest, quin plures adhuc in infinitum per totam aeternitatem ipsi supersint cognoscenda, p. Igitur de natura mentis finita est, ut infinitum comprehendere nequeat, licet infinitum clarè et distinctè percipiat.

218.

Axioma Secundum.

Non ideo perspicua neganda sunt,  
quod obscura animo comprehendere nequeant.

Nemo, v. g. inter Logicos negat istud principium, Quae sunt eadem uni tertio,  
seu, quae non distinguuntur ab aliquo tertio,  
sunt eadem inter se, seu, inter se non distinguuntur; licet cum his, quae de SS. Trinitate credenda proponit Ecclesia, clarè à nobis conciliari non possit: etenim Pater et Filius in Deo non distinguuntur à naturâ seu essentiâ divinâ, et tamen Pater ac Filius inter se distinguuntur. Similiter ratione naturali non concipimus, quomodo integrum Christi corpus sub minimâ hostiae partinella contineatur; neque id cum insitâ nobis ideâ corporis naturalis conciliare valeamus: sed certum nobis esse debet, plura fieri posse à Deo, quam mens nostra comprehendere queat. Unde cum à nobis petitur ratio mysteriorum divinarum, quae intelligentiam nostram superant, nihil aliud respondendum est, quam ita nobis à Deo revelatum fuisse, cuius vis et cogitationes immensum distant à vis et cogitationibus nostris, quemadmodum ipse nos docet Isaia c. 55. v. 8. Neque proinde ea scrutari fas est, quae Deus altò consilio nobis occultare voluit. Nam Proverborum c. 25.

v. 29. dicitur: Qui scrutator est Majestatis,<sup>231.</sup>  
opprimetur à gloria.

Axioma tertium.

219.

In iis rebus, quae rationem humanam  
superant, equissimum est, ut intellectum nos-  
trum auctoritati divinae subjiciamus: idque  
ratio ipsa naturalis persuadet.

Nam, ut observat S. Augustinus,\* fi-  
dem ipsam aliqua semper antecedit ratio,  
vel clara et distincta perceptio: neque enim  
Deo revelanti assensum preberemus in iis,  
quae rationem superant, nisi ipsa ratio id  
aequum esse persuaderet, tum quia Deus  
longè plura potest efficere, quam nos men-  
te capere valeamus; tum quia ad eum bonus  
est et perfectus, ut nec fallere nos possit,  
nec falli. Inare merito ipsius auctoritati  
mentem nostram subjiciamus in iis, quae à  
nobis attingi non possunt: idque ita à no-  
bis fieri debere rationis naturalis ostendit.

\* Ep. 120. alias 222.  
n. 3. alias c. i.

Auctoritas vero divina residet in  
Ecclesia Catholica à Christo Domino fun-  
data et suo Capiti Romano Pontifici con-  
juncta et subiecta, quae doctrinam suam  
tum ex Sacris sive Veteris, sive Novi pro-  
phetarum Testamenti Scripturis, quas homi-  
nes Divini Spiritu afflati exararunt; tum  
ex Sacra Traditione à Christo per Aposto-  
los eorumque Successores ac Discipulos ad  
nos transmissa desumit; et cui auxilium  
speciale promisit ipse Christus, ut in erro-  
rem nunquam labatur, sed sit colum-  
na et firmamentum veritatis, prout  
illam vocat S. Paulus\*. Sicut etiam Salvator  
Apostolos suos, et in eorum personam, om-  
nes ipsorum Successores alloquitur: Ecce

\* Ep. 1. ad Timoth. c. 3. v. 15.

\* Matth. c. ult. v. ca. finem.

Ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad  
 consummationem saeculi. Et ad Simonem

\* *ibid.* c. 16. v. 18.

Petrum, et in eius personâ, ad omnes ipsius  
 successores Romanos Pontifices, ait: Tu es  
 Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclē-  
 siam meam; et porta inferi non prevale-  
 bunt adversus eam.

\* *Luc.* c. 22. v. 32.

Et iterum ad eundem\*  
 rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et ali-

\* *Joan.* 14. v. 16.

bi\* ad Discipulos suos: Ego rogabo Patrem, et  
 alium Paracletum dabit vobis, ut maneat  
 vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis.

Ecclēsia ergo, qua est Sponsa Christi  
 sub ipsius vicariō Romano Pontifice tanquam  
 visibili Capite suo, ipsius Spiritu regitur,  
 nec proinde errare potest in fide; sed quid-  
 quid circa fidem defecit, non quidem no-  
 vos fidei articulos condendo, verum consti-  
 tutos magis explicando, id tanquam certa  
 et inconvulsa veritatis oraculum est haben-  
 dum. Quis enim esset finis controversiarum  
 fidei in explicando praesertim Scriptura-  
 rum Sacrarum sensu occurrentium, nisi  
 visibilis adesset Index, cujus autoritate  
 remoto omni erroris periculo, dirimerentur?

Verum haec non errandi prerogativa,  
 quam in Romano Pontifice et Ecclēsiâ  
 Catholicâ quilibet fidelis agnoscere debet,  
 in iis tantum versatur, quae ad fidem pec-  
 tant, non in reliquis. Unde questio-  
 nes juris, quibus quaeritur, quid credendum  
 sit, aut quomodo agendum? putâ, quis sit  
 Scripturarum sensus? Quo animo legi de-  
 beant, p. vel facta revelata, quibus Chris-  
 tiana fides quovunque modo nititur, ut  
 quot sint Libri Canonici in Sacris Bibliis, p.?  
 haec iudiciō certō, et ab omni errandi formi-  
 dine liberō determinat Summus Pontifex,

vel Ecclesia. Sed aliter res se habet in quas 333.  
tionibus facti: nempe cum facta non sunt  
revelata, nec fidem nostram respiciunt:  
etenim circa ea donum non erandi mini-  
mè sive Romano Pontifici, sive Ecclesia  
sunt concessum; nisi hujusmodi quæstiones  
facti ita cum juris quæstionibus sint  
connexæ, ut indò pacto ab eis divelli possint.  
Idque communiter docent, quicumque sunt  
in sacra Theologia probè eruditi.

Axioma Quartum.

220.

Articulus Divina fidei est sententia,  
aut propositio divinitus revelata.

Undè si quoddam antecedens sit de fi-  
de, non tamen id, quod aliquis ex eo collige-  
re se putat, pari ratione pertinet ad fidem.  
Quare, cum ex hoc fidei articulo, quem Apos-  
tolus Paulus innuat his verbis: Unus enim \* 1. Timot. 2. v. 5.  
Deus, unus et mediator Dei et hominum ho-  
mo Christus Jesus p. colligunt Aatholici,  
invocationem Sanctorum esse fidei con-  
trariam, et irrita reddere Christi Mediato-  
ris merita, consequentiam negamus.  
Nam Scimus, unum esse Deum in tribus  
personis, Patre, Filio, ac Spiritu Sancto:  
Scimus Deum esse mundi auctorem, hoc  
est, rerum visibilium et invisibilium,  
corporalium et incorporalium Creatorem,  
Scimus primum hominem seu Adamum,  
postquam ab eo conditus fuit, minimè ipsius  
mandato fuisse obtemperantem: Scimus  
post primi parentis peccatum, quotquot  
ex eo progenerati sunt homines, tanquam  
ex depravato stirpe vitium contraxisse,  
quod Dei hominis, seu Filii Dei incarnati  
Sanguine eluendum fuit. Igitur post  
Christum solum, seu Filium Dei incar-

natum, tanquam per verum Mediatorem  
 Dei et hominum accessum habemus ad Deum;  
 nec quidquam a Deo nisi per Christum, Jesum  
 postulare debemus. Unde Ecclesia Catholica  
 suas orationes per Christum Dominum sem-  
 per concludit. At quamvis unicus sit Media-  
 tor proprie dictus, nempe Mediator redemp-  
tionis, Christus homo Deus: Nec enim aliud  
nomen est sub coelo datum hominibus, in  
quo oporteat nos salvos fieri, ut habetur  
Act. Apost. c. 4. v. 12. plures tamen dii pos-  
 sunt Mediatores intercessionis, nempe Sancti  
 omnes, qui non quidem per se ipsos, aut meri-  
 tis duntaxat propriis gratiam nobis impetra-  
 re valent, nedum conferre; sed tanquam  
 amici Dei a nobis invocantur, ob commu-  
 nionem, qua inter omnes Sanctos, sive qui  
 adhuc sunt in via, sive qui sunt jam in  
 patria, intercedit; ut nobis obtineant  
 a Deo per merita Christi, qui Caput est  
 Ecclesiae, cuius Sancti omnes sunt membra,  
 eam gratiarum et donorum effusionem,  
 qua indigemus, ut ad salutis portum, caele-  
 stemque patriam perveniamus. Haec est  
 fidei Catholica Summa, cui perperam per  
 consequentias, malasque cavillationes et  
 Sophismata contradicunt Aetholici. vid.  
 Concil. Trid. sep. 25. De advocat. Sanctorum.

Axioma Quintum.

Facta sensibilia multorum testi-  
um oculatorum diversa nationis, factionis  
ve testimonio, diversis temporibus confir-  
mata, tam certa haberi debent ab unoquoque,  
quam si propriis oculis fuissent explorata.

Nam in quastionibus facti certi-  
tudo omnis ex huiusmodi testium ocula-

torum turbā petitur, De quorum Testimonio,<sup>235.</sup>  
ut ait S. Augustinus\*, in hoc duntaxat rerum \* Ep. 147. alias 112.  
genere minimè dubitandum. Nec sanè immeri- num. 9. alias in  
tò, cum eos omnes, præsertim si natione, Reli- prooemio Epistola.  
gione, aliave quâlibet ratione dissentiant,  
communis consilio ad Stabiliendum mendaci-  
um conspirasse, minimè suspicari liceat.

Sed in questionibus Juris, in quibus  
agitur de eo, quòd circa materiam quamdam  
sentiendum est,

Est turba semper argumentum pessimi  
ut post Cuiusdam Byrum observat Seneca\*: Nam \* lib. de vita beata  
præcipitatione et præjudicio maximè abripi- c. 2.  
tur. Undè idè Aristotelis lib. 2. Topicorum  
c. 2. Loquendum ut multi, sentiendum ut  
pauci, scilicet cum de jure agitur, non autem  
de factò. Et Berrius Satyrâ primâ  
..... Non siquid turbida Roma  
Elevet, acedas; examine improbum in illâ  
Castiges trutinâ.

Hoc postremum axioma ad defen-  
denda, quæ in Religionis nostræ gratiam  
patrata legimus, miracula, sacramque  
Traditionem propugnandam maximè  
est comparatum: adeo ut et ipsum, et  
quæ idè præcedunt, quibus præcipua  
Scientia, ac fidei discrimina continen-  
tur, ad hujusmodi rerum cognitionem  
nos ducant, quas si re plurimum nostrâ  
interest: neque proinde de illis tacendum  
fuit in Logicâ, cujus finis est tradere  
regulas, quibus veritas inveniri, ac in-  
venta distinctè et ordinatè possit ex-  
plicari.

Urb, vrb folyst, soll nicht  
gedruckt werden.

\* Glob. v. v. v. \*  
folget,  
jull nicht  
gesehen  
wird.

## Prolusio.

Ad Theses ex logicâ, publica  
Disputationi expositas, die 27<sup>ma</sup>  
Januarii an. Chr. 1744.

P.P.

Studii Philosophici nostri, quod feli-  
citer auspiciati sumus, hinc ex logicâ de-  
promptis ac selectis Thesis, quas publica  
consertationi in presentiarum exponimus,  
primum daturi specimen, opere pretium  
arbitrati sumus, priusquam disputationem  
ipsam ingrediamur, pauca exponere, quâ ra-  
tione scientia seu arti hinc operam nava-  
verimus, eamque prosecuti fuerimus. Ergo  
jam in disputationis nostre limine Studii  
nostri rationem reddere animus est.

Logicam vulgò spinosam vocant,  
quod innumeris penè, quæ in eâ occurrunt  
subtilibus quidem, sed arduis et abstusis  
questionibus lectatorum horum mentes  
velut tot spinarum auleis acriter pungat  
et dilaniet.

Utterius progressi quidam alii, eam  
velut per contemptum tetricam et tristem  
non modo, ut quæ tot absurdis, fastidiosis,  
et inutilibus faciatur questionibus, sed  
et horribilem ac terrificam artem nuncu-  
pant, quippe quæ absoris, insonditis, atque  
ad terrendum potius, quam ad alliciendum  
comparatis vocabulis abundet; ut tot in-  
cantamenta videantur, iis non multum  
absimilia, quæ venefici illi adhibent, qui  
prestigiis suis, quas vernaculo sermone  
Christophorianas Orationes nuncupant, the-  
sauros effodere stulto labore intuntur.  
Adco ut mirum videri non debeat, quod

tot adolescentes, qui statim ad eam solerti<sup>237.</sup>  
et juvenis animo accedunt, horum illius  
postmodum deterriti ditionibus, tristes et  
ignari ab ea recedant.

Quod nos attinet, nondum eo pro-  
lapsi sumus, ut Logicam, præstantem Scien-  
tiam illam et artem ceterarum penè om-  
nium disciplinarum Organum, et sine  
quâ hæc vix probe apprehendi possit à no-  
bis censentur, deprimere animus sit, eam-  
que criminari, quasi ea, quæ tractat, plu-  
rumque absona, incondita, et inutilia  
forent; aut eam detestabili ac execran-  
da infelium veneficorum arti etiam-  
num comparare; absit à nobis tantum  
nefas. Quin potius illam in summò  
habemus pretio, ut quæ veritatis, quæ  
nihil præstantius fortiusque est, thesau-  
ros in aliis Scientiis et Disciplinis fodere  
doceat.

Equidem fatemur, eam ardua in-  
terdum et abstrusa quædam, præsertim  
juvenibus, continere, quæ Lectatores illi-  
us deterrere, necnon fastidio aliquò affi-  
cere possent. Itemque à desidiosis ho-  
minibus, quæstionum variarum puerili-  
um et inutilium interjecta, quodam-  
modo eam subinde obscurari et foedari.  
Verùm id hominum imbecillitati et vi-  
tio imputandum, non arti ipsi, ut quæ  
non nisi utilia tractare amet.

Nos his malis et incommodis mederi  
omni contentione admissi sumus. Resipis-  
namque omnibus, quæ Logicam conspurca-  
re potius, quàm decorare hætenus visa sunt,  
inutilibus quæstionibus, eas duntaxat  
summâ, quâ potuimus claritate, emu-

238. cleandas suscepimus, quo tunc in hac ipsa arte, tum vel maxime in aliis disciplinis nobis fore proficimus ultra perspeximus. Et ut arida illa, Sterilia, ingrata, et fastidiosa, quo passim in ea offendimus, grata et jucunda nobis efficerentur, illa praeclaris ex aliis Philosophia partibus, imò ex ipsa Theologia repetitis exemplis et argumentis illustravimus: Quorum quaedam duntaxat hic subtenere placet.

Sic jam in primâ Logices nostrae parte, quae de ideis tractat, clararum et obscurarum idearum naturam explicantes, Mentis nostrae, et cogitationum, aliarumque affectionum harum, ut gaudii, tristitiae, et tumque etiam Dei tanquam entis supremi et perfectissimi claram et distinctam ideam nos habere diximus; at contra ostendimus, nos non nisi obscuras habere ideas qualitatum sensibilium, ut puta doloris; cujus ideam ex eo obscuram esse et confusam probavimus, quod hactenus arbitrati sumus, Dolorem, quem ex inordinatâ quodam corporis, vel illius partis cujusdam e.g. manus, quae uritur, motu sentimus, in manu esse, cum tamen non nisi in mente reperitur, cui dolor ille per filamenta nervis tanquam tubulis inclusa, atque fidium instar à cerebro ad manus usque ceteraque corporis membra protensa communicatur; ita ut haec filamenta moveri laud possint, quin etiam illa cerebri pars, à qua oriuntur, simul moveatur.

Et verò hujusmodi Dolorem, qui corporis nuncupatur, non ad corpus sed ad animam seu mentem pertinere ex eo manifestè nos probasse autumamus, quòd illa, quae nobis cogitantibus Dolorem inferunt, ne laedant quidem, cum mens vehementi

attentione alio distrahitur, quod quotidiana<sup>239.</sup>  
constat experientia.

Inde etiam deducimus, animam à cor-  
pore separatam igne inferni vel purgatorii  
torqueri, imò eundem sentire posse dolo-  
rem, quo quis afficitur, cum, admotò igne,  
uritur; quia etiam tunc, quando corpori  
juncta erat, ipsa cruciabatur, dolorque  
nihil aliud erat, quam quòdam animi tris-  
titia, quâ affligebatur ob ea, quæ in cor-  
pore, cui à Deo alligata erat, perageban-  
tur: quidni ergò coniciamus, divinam  
justitiam posse aliquam materie par-  
tem animo separata ita accommodare,  
ut illius motus in eâ molestas cogitatio-  
nes excitare possit; quemadmodum inde-  
bitus corporis illius, cui in hac vitâ  
conjuncta erat, motus hujusmodi mo-  
lestas, et tristitia cogitationes in eâ ex-  
citavit. His equidem et aliis æquè  
curiosis et juvenis questionibus pri-  
mam Logices nostre partem illustravi-  
mus.

Ubi verò ad secundam, quæ de ju-  
dicio agit, ventum à nobis est; tum  
post explicatam judicii naturam in  
id toti incubuimus, ut nempe præci-  
pua errorum in judiciis nostris occur-  
rentium fontes indicarem, eisquæ  
apta remedia præscriberemus. Nempe  
præjudicio, quòd anticipatum judi-  
cium ex sensuum præsertim impressio-  
nibus ortum dicitur, cujusmodi sunt  
erroneæ opiniones illæ, quibus vel ab  
infantia, vel ab imperitis Magistris im-  
buti sumus, unicum hoc remedi-  
um præscripsimus, ut scilicet mens

nostra omnes praepudicatas opiniones illas  
abjiciat, nec ullam deinceps admittat, quam  
non maturo prius examine expendit.

Breuitationi iudicii, alteri errorum  
in iudiciis nostris occurrentium fonti, quae  
est praecipua et inconsideratum de re ignota  
vel non satis explorata iudicium, et quo  
mentis vitio nudum frequentius est apud  
homines, prout innumera temeraria iudi-  
cia in humanis disciplinis, praesertim vero  
in vita civili, palam faciunt: cunctatione,  
et diligenti ad ideas attentione medendum  
esse ostendimus. Enimvero si, quem-  
admodum ajunt Medici, contraria contra-  
riis curantur, nihili efficacius subitam  
et inconsideratam affirmandi aut negandi  
prohibitatem emendare potest, quam lon-  
ga et circumsperta cunctatio, per quam  
assensus sustinetur, donec res, quae sub ju-  
dicio cadit, diligenti examine fuerit  
explorata.

Hanc praecipue quidem quantum ad  
humanas disciplinas; at vero in iis, quae  
humano vita societatem spectant, id in-  
primis nobis cavendum esse monimus, ne  
sibi et vobis temerariis iudiciis mentem  
nostram conspurcemus. Ne ea, quae nos  
non attingunt, curiosè disquiramus, aut  
ad censuram nostrae tribunal vocemus. Et  
sicut à vituperiis et injuriis nobis omnino  
abstinendum, ita nec etiam in aliorum,  
praesertim si praesentes sint, effusae et im-  
modicas laudes esse cavendum; ne adu-  
lari potius, quam laudare videamur, Jouu-  
mus.

Calumniis et injuriis nunquam vicem  
rependam esse insinuavimus, sed potius  
eos, qui talibus nos afficiunt, benevolen-  
tia et officiis compleri oportere, atque

De illis coram aliis Semper bonè prædicare. 241.  
Hæc enim ratione non modo Evangelii mo-  
niti nos morem, quemadmodum par est,  
esse gesturos, sed etiam effecturos, ut qui  
nos ausultaverint, velut integerrima vitæ  
viros nos reputent, calumniatores vero  
nostros velut mendaces et maledicos intue-  
antur, ostendimus.

Tertiam quoque Logices nostræ  
partem percurrentes, inter alia privatio-  
nem, et formam Substantialem, quas  
Beripatetii, post suum Aristotelem, ve-  
lut prima corporis naturalis elementa  
et principia suspiciunt, jam velut iis,  
quæ in Physicâ nostrâ hæc de re eloqui-  
ri sumus, prævidentes, explorimus, ostendi-  
musque, privationem inane et puerile  
quid esse, indignam proinde, quæ à  
Philosopho quocumque commemoretur;  
formam vero Substantialem nusquam  
esse aut conipi posse.

Denique, ut plura alia ex variis  
disciplinis in logicam nostram à nobis  
velut translata omittamus, quippe quod  
ea hîc referre non sinat temporis an-  
gustia; quartam Logices nostræ par-  
tem, quæ de Methodo est, præclaris  
ad sublime sacra Theologiae Studium  
comparatis axiomatis conclusimus.

Hæc ergo Studii nostri Logici ra-  
tio et Methodus. Modo in arenam des-  
cendendi tempus. Igitur p p p.